

84. Patris vestigia pressit Ludovicus Pius. Collegit ista capitularia Ansegif-
fus, & Benedictus Levita, y) easque collec-
tiones exhibent Lindenbrogius & Ba-
luzius.

85. Post Ludovici Pii tempora quan-
do jam Germania sejunctam à Gallia &
Italia Rempublicam constituebat ad Ot-
tonis M. tempora, parum additum est le-
gibus scriptis, certè parum de illis ho-
die est reliquum. z)

86. Quare credibile est, illa capitula-
ria Caroli & Ludovici, quæ antea in uni-
verso Francorum Imperio obtinuerunt,
isthac ad Ottонem usque tempestate in
Germania suam vim & autoritatem haud
perdidisse, cum in Gallia & Italia eam ad-
huc obtinuerint. a)

87. Ottoni M. & ejus filio adscribun-
tur quidem articuli quidam Speculi Saxo-
nici ac totum Weichbildum Magdebur-
gense, de quorum tamen falsitate jam
constat. b)

88. Scripsit forte paucissimas quasdam
leges Otto, c) præter quas nihil est juris,
quod

y) Id c. 15. z) Id. c. 17. a) Id. c. 17. p. 87. b) Id. c. 18.
c) Id. c. 18. p. 96.